

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Passio ab
cum uariis

Caput angelicis tremebundum spiritibus densitate spinarum pungitur; facies pulcra pre filiis hominum sputis Iudeorum deturpatur; oculi lucidiores sole caligantur in morte; aures que audiunt angelicos cantus, audiunt peccatorum insultus; os quod docet angelos, felle et acceto potatur; pedes quorum scabellum adoratur, cruci clauo affiguntur; manus que formauerunt celos, sunt in cruce extense et clauis affixe; corpus uerberatur, latus lancea perforatur. Et quid plura? Non remansit in eo nisi lingua ut pro peccatoribus oraret et matrem discipulo commendaret.

Bernardus in quodam sermone.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Passio ab] Passio z P V¹ V² L¹ L²; spiritibus] spiribus (*cor. supra lin.*) B; densitate] dempsitate M; insultus] insultos L²; affixe] afflixte (*cor. sub lin.*) C